

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXVIII. An qui se ipsi intersiciunt, ut Lucretia, fortes dicendis sint?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

LXVIII.

*An qui se ipsi interficiunt, ut Lucretia, fortis dicendi
sint? Ex 3. Ethicorum Aristotelis.*

Negatur.

QUÆRITUR: an fortes sint dicendi non
solum fontes, & morte digni sui ipsorum
interfectores: sed et quoq;

-- qui sibi lethum

Insontes peperere manu lucemq; perosq;

Projecere animas, quam volent aethere in alto,

Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Ut cum Poëta loquar. Vulgo quidem cre-
ditur viri fortis esse mortem sibi consciscere
potius, quam grave aliquod & acerbum ma-
lum perpeti. Sed falsa est hæc hominum op-
inio, ideoque eorum animis eximenda. Sunt
enim aut byzantini, seu qui sibi ipsi lucem adi-
munt, ignavi parviq; & abjecti animi haben-
di. Eo ipso enim, quod sibi violentas affe-
runt manus, docent, si id quod fugiunt non
posse ferre (quæ imbecillitas animi est) neque
pares esse ei castui sustinendo, propter quem
vitam exuunt. Propterea Cato frustra inhi-
storia laudatur à fortitudine. Factum ejus ef-
feminatum potius molliciem quam magi-
tudinem animi arguit. Intelligebat quam mo-
lestum faturum esset, ut Cæsarem suum ini-
micum Rōmā regnante videret, & Cesa-
rianos

rianos in summa potentis collocatos, & maximis honotibus affectos: Pompejanos verò, quorum ipse facile princeps fuerat, ut vicitos & captivos, insolentiam victoriae perpesclaros. Itaque maluit lucem vitalem relinquare quam hæc videre. Hoc est succumbe-

Cato non
est fortis,
quia fractus
dolore fa-
cit contra
justitiam,

cum scin-

terific.

re magnitudini concepti doloris: Non igitur est fortis,

tur est fortis esse. Fortiter ille facit qui miser esse potest, ait Martialis. Et fortitudinis precepta sunt: Quicquid erit, superanda o-

mnis fortuna ferendo est. Et: Tu ne cede ma-

lis: sed contra audentior ito: Quò tuate for-

tuna vocat. Et

Pistillum us pariter misto terit omnia succo:
Sic patiens virtus omnia dura terit.

Vide Laur. Vallam lib. 2. de volupt. & Au-
gustinum lib. 1. de civitate Dei.

LXIX.

Quomodo accipiendus locus Aristotelis 3. Ethic. cap. 6.
de Fortitudine: Omnim rerum nihil morte hor-
ribilis. Nam omnium rerum mors est extremum,
nihilq; reliquum mortuo esse videtur, neg. bonum,
neg. malum.

EX hoc loco sunt, qui sic colligant: Affir-
mat Aristoteles, fortem virum mortem
timere, quia ultimū ex rebus formidolo-
sis mors est: Et mortuo nihil boni vel mali ac-
cidere potest. Ergo sensit Aristoteles auimum

A 2 2 ethic